


XXXVI. scrup. XXXIX. qui erat à secunda fulsione ad tertiam
 consentiens etiam obseruatis. At quoniam hæc tertia summæ
 noctis fulsio inuenta erat in VII. grad. & XLV. scrup. sequens
 infimam absida, partibus (ut ostensum est) XXXIII. scrup. XXXIII
 declarat summæ absidis locum fuisse per id quod
 superest semicirculi, in part. CLIII. scrup. XXX. fi-
 xarum sphaeræ. Exponatur iam circa Σ orbis ter-
 ræ annuus RST cum diametro SET , comparata ad
 DC lineam. Patuit autem quòd angulus GDC fuerit
 part. XXX. scrup. XXXVI. cui æqualis est GES , &
 quod angulus DXE , siue æqualis ei RES , atq; RS
 circumferentia est partium duarum, scrup. XLVII.
 distantia planetæ à perigæo orbis medio p quam
 tota TSR à summa abside orbis extat part. CLXXXII. scrup.
 XLVII. Et per hoc confirmatur, quod in hac hora terciij acrony-
 chij Iouis adnotati anno primo Antonini, die XX. mēsis Athyr
 Ægyptiorum, quinq; horis à media nocte subsecuta, Iouis stel-
 la fuerit secundum anomaliã cōmutationis in partib. CLXXXII.
 scrup. XLVII. Locus eius æqualis secundum longitudinem in
 part. IIII. scrup. LVIII. Ac summæ absidis eccentrici locus in
 part. CLIII. scrup. XXII. quæ omnia huic quoq; nostræ hypo-
 thesi mobilitatis terræ, atq; æqualitatis absolutissime planè
 sunt conuenientia.



De alijs tribus acronychijs Iouis recentius
 obseruatis. Cap. XI.

Tribus locis stellæ Iouis olim proditis atq; hoc mo-
 do taxatis, alia tria substituemus, quæ etiam summa
 diligentia obseruauimus ipsi Iouis acronychi. Pri-
 mū anno Christi M. D. XX. pridie Calēd. Maij, à me-
 dia nocte pcedēte horis XI. in grad. CC. scrup. XVIII. fixarū sphae-
 ræ. Secundū anno Christi M. D. XXVI. quarto Calend. Decem-
 bris à media nocte horis tribus, in grad. XLVIII. scrup. XXXIIII.
 Tertiū uero anno eiusdē M. D. XXIX. ipsis Calēd. Februarij, ho-
 ris XIX. à media nocte transactis, in grad. CXIII. scrup. XLIII.

P iij

A primo